



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Monachi inclusi in mote[m] oliuaru[m], & de adoratione imaginis
Sanctiſimæ Dei genitricis Mariæ. Capvt XLV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

SENEX quidam enarrauit nobis eum Theobaidam venissemus, quod senex vnus morabatur extra ciuitatem Antinoum magnæ virtutis vir, qui in ¹ cella sua egerat annos LXX. Erant autem illi discipuli decem, ex quibus vnus erat valdè negligens sui. Senex ergo sapius illum corripiebat, & hortabatur dicens: Frater, sollicitudine gere pro anima tua; habes enim mori; & nisi te emendaueris, in supplicium tendes. Frater autem ille sepe seni inobediens erat, nec ea, quæ ab ipso dicebantur admittebat. Contigit autè post aliquantum temporis, vt iste moreretur. Contristatus vero senior super illo valdè (Sciebat enim quod in magna desidia, & negligentia de seculo exisset) cœpit orare, ac dicere: Domine Iesu Christe verus Deus noster, reuela mihi, quid sit circa fratris vitam. Aspexit autem in excessu mentis effusus, fluuium ignis, ingentemque in ipso igne multitudinem, ac medium fratrem illum, ad collum vsque demersum. Tunc ait illi senior: Nonne te propter hanc pœnam orabam, vt curam anime ageres, fili? Respondit frater, & ait Seni: Gratias ago Deo, pater, quod vel caput meum requiem habet. Per ² orationes enim tuas supra caput Episcopi sto.

¹ Vide num antiqui monachi vterentur celle perpetua.
² Ecce defunctorum animas orationibus viuentium adiuari.

Vita Monachi inclusi in monte oliuaru, & de adoratione imaginis Sanctissime Dei genitricis Mariæ

C A P V T X L V .

DICEBAT Abbas Theodorus Aelioretus quod fuerit quidam inclusus in monte Oliuaru

rum certator maximus. Impugnabat autē illum fornicationis spiritus. Die verò quadam cum instaret illi vehementer, cœpit eiulare senex, & dicere dæmoni: *Quandiu nō dimittis me? Recede iā à me, qui mecum consenuisti.* Apparuit autem ei dæmon visibiliter dicens: *Iura mihi, quia nemini dices, q̄ tibi dicturus sum, & te nō ampliùs oppugno Iuravitq; illi senex dicens: Per inhabitātem in altissimis nulli dicam, quæ mihi dixeris.* Tunc ait illi dæmon: *Noli ¹ adorare hanc imaginem, & ultra te non impugnabo.* Habebat autem hæc imago expressam figurā Dominæ nostræ S. Dei genitricis Marię, ferentem Dominum nostrum Iesum Christum. Ait inclusus dæmoni: *Dimitte me, vt deliberem.* In crastinum autem hoc significauit ipsi Abbati Theodoro Aeliotæ tunc habitanti in Laura Pharan, narrauitq; illi omnia: Senex autem ait recluso. *Verè, Domine Abba, illusus es, quia iurasti dæmoni. Veruntamen benefecisti hoc reuelans. Expediit autem tibi nullum in illa vrbe lupanar omittere, quod non ingrediaris, quàm vt neges te ² adorare Deum, & Dominū nostrum Iesum Christum cum matre sua. Confirmatum igitur, & corroboratum pluribus verbis reliquit illum in loco suo. Apparuit ergo dæmon incluso rursus dicēs: Quid hoc est, pessimè senex? Nōne tu iurasti mihi, quia id nemini diceres? Et quare dixisti ei, qui venit ad te? Dico tibi, quia vt periurus in die iudicij iudicaberis. Respondit inclusus dicens: Scio quidem, quia iuravi, veruntamen Dominum, & Creatorem meū adorabo, tibi autem non obediam.*

Nota hoc capitulum adductū fuisse in septima synodo, & approbatū. Vnde vel ex hoc solo liber est auctenticus.
¹ Vides vsū venerandi, imagines antiq̄ssi mū esse? Quod si iam

si imagines colere abominale esset. demon non i antipodibus
egre ferret. 2. Habes rectum modum venerandi imagines,
nempe ut illum colamus cuius sunt imagines, unde si
per mente recurrendum est ad prototypum.

Mirabilis visio Abbatis Cyriaci Lauræ Calamonis.
Et de duobus impij Nestorij libris. C. A. LXVI.

Accessimus ad Abbatem Cyriacum præbiterum
Lauræ Calamonis iuxta sanctum Iordanem,
nam ravitque nobis dicens: Die quadam
per somnum mulierem honesta facie, purpuram
dutam, & cum ea viros duos, & ipsos venerandi
habitu, & aspectu præclaro. Arbitratus autem sum
mulierem illam esse Dominam nostram sanctam De-
genitricem, eosque qui cum illa erant, duos viros
sanctum Ioannem Baptistam, & sanctum Ioannem
Theologum, & Euangelistam. Egrediensque de cella
orabam illam, ut ingrederetur. Quæ non con-
sensit. Permansi ergo diutius orans, & obsecrans
ac dicens: Ne queso, auertatur humiliter factus con-
fusus: & alia plurima huiusmodi. Illa igitur
me vidit instare precibus, eandemque pollutionem
non iterare, seuerius mihi respondit dicens: Habes
intra cellam tuam inimicum meum, & vis ut in-
grediar? Et his dictis, abscehit. Euigilans autem ego
affligi cœpi, & cogitabam, num aliquid in mente pe-
ccatum contra illam admisisset; neque enim erat alius
aliquis in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur
meipsum discutens, nihil inueni, quod in illam
peccassem. Cum verò vidissem me nimio morbo
re absorberi, surgens accepi librum, ut legerem
quod per huiusmodi lectionem dolore vna, cogita-
tionesque repellerem. Librum autem ipsum acci-
peram mutuo à Beato Isychio presbytero Hierusalem
Ecclesiæ. Euoluensque librum inueni duos impij Nes-
torij libros in fine voluminis scriptos. Moxque
nom